



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Stella Mystica

Bonald, François

Coloniae, 1607

Beatissimam V. Mariam esse verè Dei matrem, & quomodo nos idem esse
valeamus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10014

DEI MATER ALMA.

Beatissimam Virginem *MARIAM* esse
verè *DEI* Matrem, & quomodo
nos idem esse valea-
mus,

CONSIDERATIO.

ANGELVS Gabriel cum *Luc. 1.*
Beatiss. Virginem *M A-*
RIAM à *DEO* salutaret,
annunciauit ei quod in
vtero conceptura & paritura esset
Dei filium, cuius nomen vocaret
I E S V M, & paulò post adiecit, id
quod nasceretur ex illa vocatum iri
filium Dei. Hoc olim Propheta *Esa. 7.*
prædixerat. *Ecce, inquit, virgo con-*
cipiet & pariet filium, & vocabitur *B. Virginē*
nomen eius Emanuel, quod est inter- *Dei matrē*
pretatum nobiscum DEVS. Idem *esse proba-*
prædictum & præfiguratum fuerat *Testimo-*
in multis alijs diuinarum scriptu- *nis.*
rarum locis. Hoc etiam vnanimi
consensu semper confessa fuit Ec-
clesia Catholica. Pro cuius confir-
matione non est necesse plurima

hic testimonia congerere, vnicum id quod Apostolico symbolo continetur sufficiet: in eo namq; confitemur Iesum Christum ex Maria virgine natū esse. Ex quo sancti Doctores cōijciunt, illam esse, & haberi debere pro Dei Matre. Sic namq; ratiocinantur.

Ratione.

S. Thom. 3.

2. 35. art.

4.

Omnis foemina verè ac propriè mater est illius infantis, quem concepit & peperit: At B. virgo Maria, Iesum Christum verum Deū & verum hominem concepit & peperit, dubium igitur esse non potest illam verè ac propriè Dei matrem dicendam & habendam esse.

Obiectio.

*quadam di-
lusur.*

*S. Cyrillus
in epistola
quadam.*

Nec alicuius momenti est, quod quidam obijciunt, illam nō genuisse diuinitatem sed solam humanitatem, atq; idcirco matrem duntaxat esse humanitatis. simili namque ratione confici posset, vt quidam antiquorum Patrū ait, ceteras mulieres non esse infantium suorū matres eo quod nō animas eorum sed corpora tantummodo generent: quod nemini sanæ mentis homini venit in mentem.

mentem vnquam opinari. Ad illud
 verò quod attinet: quod Dominus
 noster I E V S s. Christus die quadam
 admonitus matrem suam & fratres
 foris stare quærentes eum, respon-
 dit: *Et quæ est mater mea, & qui
 sunt fratres mei?* Et iterum: *Qui-
 cunque fecerit voluntatem Patris
 mei, qui in cælis est, ipse meus frater,
 soror & mater est.* Hinc nemo exi-
 stimare debet Christum B. Virgi-
 nem pro matre agnoscere noluisse,
 sed potius declarasse, illam duplici
 titulo matrem suam esse: tum quod
 se genuisset & educasset: tum
 quod D E I mandata inuiolabiliter
 obseruasset.

Perspicuū igitur est, anima Chri-
 stiana, quam iusto iure B. V. M. A-
 RIAM pro Dei matre agnoueris &
 venerata sis: quam etiam ingenti cū
 fiducia possis, ac debeas ad opem i-
 psius in necessitatib. tuis implorā-
 dā cōfugere. Cum etenim sit mater
 omnipotentis, non potest non esse
 magnæ authoritatis & potētia. Ad-
 iunge itaque te illi, atque omnibus

Altera isō

Matt. 12.

Luc. 8.

*B. Virginis
 auxiliū
 fidenter
 imploran-
 dum.*

*Dei mater
quomodo
quis esse
pessit.*

Gen. 47.

quibuscunque potes obsequijs cole
ac venerare illam; Et vt seruitia tua
ei grata acceptaque sint, sis quoad
fieri potest, mater filij eius: quod
fiet si Dei sacratissimas leges & pre-
cepta seruaueris, atque illum pro
tua virili in pauperibus & egenis
nutrieris. Audiuisti eum paulo an-
te dicentem, quod *quicumque fecerit
voluntatem Patris eius, frater, soror,
& mater eius sit*: satage igitur illam
in omnibus efficere, sed cum Dei &
proximi dilectione. nam per hanc
dilectionem homines constituuntur
filij Dei & fratres IESV Christi.
Patriarcha Ioseph, qui, eò quod
per insignem suam prouidentiam
ab Aegyptiacorum aliorumque vi-
cinorum populorum ceruicibus
imminens famis exitium depulif-
set, Saluatoris cognomen tulit: cum
fratres suos ad se venientes agno-
uisset, Pharaoni Regi eos commen-
dauit, illisque habitandi locum in
regno poposcit. Cuius petitioni rex
libenter annuit, atque illis optimū
& ferulissimum totius Aegypti lo-
cum

M Y S T I C A. 33

cum pro habitatione assignauit. Si tu etiam à Rege coelesti suscipi, æ regni eius consors esse desideras, ita vitam institue, vt te IESVS Christus pro sorore agnoscat. Agnosceret autem si Dei Patris sui mandatis paruereis, illiusque disciplinam & præcepta diligenter obseruaueris.

Ad hoc vero quod attinet, quomodo mater illius effici atq; illum nutrire possis, id fiet, si eleemosynas pauperibus distribuas, egentibusque libenter benefacias. Inuenias nonnullos qui dicant: Si Christum in præsepio iacentem, aut in Aegypto peregrinantem conspicerer, animo promptissimo ei quibuscumque possem modis subuenirem & ministrarem, & non animaduertunt, quod sæpenumerò in persona pauperum ante fores illorum se conspiciendum præbeat: atque in carceribus & nosocomijs per incarceratos, infirmos, aliosque inopes stipem postulantibus illorum opem imploret, eamque non aliter ac sibi præstitam, suscipiat.

Matth. 23

*Eleemosynæ commenda-
tio.*

B 5

hysto-

historiæ, ac sacræ literæ fidem faci-
cient.

*Seuerus
Sulp. in vi-
sa ipsius.*

Sanctus Martinus pauperi ele-
emosynam petenti cum penes se al-
liud nihil haberet, chlamydis suæ
medietatem donauit, ei CHRIS-
TUS sequenti nocte apparuit di-
cens: Martinus adhuc catechu-
menus hac me veste contexit, qua-
si diceret, cum pauperem vestiuit,
me vestiuit. S. Gregorius Magnus
certum quotidie pauperum nume-
rum alebat, atque hac in pauperes
beneficentia promeruit, vt aliquan-
do Angelos, aliquando ipsum Ange-
lorum Dominum & Saluatorē no-
strum inter cæteros in abiecta &
humili pauperis specie conuiuam
habuerit. Quo factō Christus decla-
rare voluit, se hanc in pauperes cha-
ritatem æque gratam habere ac si
sibi exhiberetur.

Matt. 25.

Sacræ præterea literæ testantur
Christum in extremo iudicij die il-
los qui misericordiæ & benignita-
tis operibus incubuerint, indigenti-
busque benefecerint, cœlestis Para-
disi

disi præmio remuneraturum: illos vero qui nulla in pauperes misericordia vñ fuerint, in imas inferni sedes sempiternis supplicijs cruciandos, ablegaturum esse: vbi hanc sententiæ suæ rationem adferet, quod illi quidem benignitatis opera excoluerint, hi verò minimè: & quod quidquid pauperib. beneficentiæ impesum fuerat, sibi præstitum fuerit. O beatam & foelicem illam animam, quæ hoc pacto Christi mater efficitur, illumque in pauperibus nutrit: vtique perenniter in cœlesti gloria ad DEI mensam omnibus delicijs instructissimam accumbet.

Da igitur, Fidelis anima, & dabitur tibi, habe curam egenorum, atque illis pia manu succurre, & vt sacræ literæ testantur, in die mala liberabit te Dominus. Si nihil aliud habes, quod tribuas, saltem precare Deum vt illis opem ferre atq; illos consolari velit. Hactenus intellexisti Beatissimam Virginem Mariam matrem & altricem esse IESU
 B. 6 Christi:

Luc. 6.

Psal. 40.

Christi: adhuc quomodo illam in his imitari possis. Considera modo ipsam fuisse simul virginem castissimam & purissimam quemadmodum sequens versiculus declarat.

ATQUE SEMPER VIRGO.

De perpetua B. MARIAE Virginitate, & quomodo imitanda sit.

CONSIDERATIO.

*B. virginē
Mariam
semper in-
violatam
extitisse
probatum.
Luce 1.*

*Testimo-
nium.*



N contemplatione tua dixisti B. Virginem MARIAM semper extitisse purissimam & integerrimam virginem, quod verissimum & sacris literis, sanctorumque Patrum monumentis, rationi denique maximè conforme ac consentaneum est. Angelus dum B. Virgini nūciat ipsam obumbratione Spiritus sancti concepturam & parituram esse: declaravit nullius ibi hominis cōmerciū intercessurū. Propheta similiter, qui Virginē concepturā esse prædicit, statim eandem etiam sine detrimento virginitatis parituram

est